



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginus**

**Campidonaë, 1673**

Sectio Secunda. De Privilegiis communibus Ordinum Regularium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

## SECTIO SECUNDA DE PRIVILEGIIS COMMVNIBVS ORDINVM REGULARIUM.

**P**rivilegia regulariū, sunt in triplici differentia. Alia enim concessa sunt ipsis in communi, hoc est, ipsi statui religioso, quibus æqualiter, & æquè primò participant omnes, qui regularium nomine censentur. Alia concessa sunt in particulari, & singulariter singulis ordinibus, quibus ipsi gaudent, & alii qui beneficium communicationis obtinent. Alia demum concessa sunt regularibus, non directè, & immediatè, sed personis alterius status, quæ tamen ratione suadente, & accedente iuris dispositione, ipsis tribuuntur. Et quantum horum sunt capaces, ad eos extenduntur, plenius aut strictius, pro majori, vel minori, quàm reperiuntur habere ad ipsa aptitudine, aut è contra, repugnantia, de quibus omnibus in sequentibus.

### CAPVT I.

De privilegiis personarum alterius status,  
quibus Regulares fruuntur,

#### S Y M M A R I V M.

1. Clerici sunt milites, & nobiles & 6.
2. Seruiens Regi, est nobilitas ipso facto.
3. Non decet Regem uti seruitio ignobilium.
4. Regulares veniunt nomine Clericorum.
5. Item nobilitum.
6. Item milium.

10. Item pauperum.

7. Et fruuntur eorum omniū privilegiis.

**Q**uatuor sunt genera personarum, quarum iura, & privilegia derivantur ad regulares, Clericorum, Nobilium, Militum, & Pauperum. Hoc autem ut explicetur tale ego pono fundamentum. Quòd (ut bene notat Corset. c. *grandis de sup. negl. prel. in 6. n. 127.*) quando aliqua conveniunt, in cōmuni vocabulo (etiam Secundum largam significationem) appellatione unius comprehenduntur & cetera, si adest eadem ratio & agitur de favore, quamvis secus sit in odiosis. Quòd probatur per ea quæ dixi, ubi de acquisitione priv. per viam extensionis, & per Glossam in *Clementin. prima de rescript. Tertia eod. Et prima de elect.* Et sic v. g. quia nomen militis in largiori significatione, tribuitur Clericis. Ideo & Panor. in *cap. Episcopus de prob. Joan. Quint. hæduus cap. de multa eod. Gomez. c. mulieres de iudic. in 6. Partil. c. cum ex officio eod. de præscr. Lap. alleg. r. u. Angel. In sum. v. Clericus 14. n. primo. Sylr. eod. v. n. 5.* Et passim alii docent Clericos esse milites, puta Dei & celestis militiæ, & ob id ipsis convenire privilegia armatiæ militiæ.

Sic quia, hi qui ad familiam Regis adsciscuntur, censentur nobiles, & statim nobilitari ex quo in aula deputantur ab



qui ministerio, quantumvis exiguo (etiam coquus.) Et hoc propter personam Principis, cui servitur, & quem nō decet uti servitiis ignobilium l. omnium. C. de testat. l. i. eod. de præpos. lab. lib. 12. & l. i. eod. de domest. & protect. Luc. de pen. in rubr. de primis. eod. Felin. in rubr. de off. del. Mandos. cap. quoniam. de preb. Catill. Cotta in memorab. v. coquus. Barbat. de præst. cardin. q. 1. Roman. singul. 294. Francif. Lucas in tr. de fisco & eius privil. Et Conrad. Lancel. in temp. un. iud. §. 4. de pot. & præst. imper. v. clarissimo. Et nomine regis, ac Principis supremi Deus intelligitur præ omnibus aliis mortalibus; propter quod appellatur à Propheta *Deus deorum*. Ideo & Clerici, qui in ejus fortem assumuntur, & jugiter ei assistunt ac officia peragunt, non pari modo, sed fortiori jure, nobiles reputantur, & ex quo clero quis cooptatur, statim nobilitatem cōsequitur, & nobilium privilegiis fruatur ut inter alios notat Joan. Andr. cap. libentius de serv. non ordin.

7 In hunc igitur modum, quia regulares veniunt nomine Clericorum: & monasteria nomine ecclesiarum. c. cum dilectus. de cons. c. fin. de rel. dom. Panor. c. 1. de inst. Arrias de Valder. cap. porro de sent. ex. Corset. & Dominic. c. grandis cit. Aufrex. c. clem. de Clericorum. de off. ordin. Rectè ideo inferunt jdem quod regulares, & monasteria, gaudent privilegiis clericorum, & ecclesiarum, pro quo facit lex omnia privilegia C. de ep. & cler. Atque hic est primus ordo privilegiorū, personarum alterius cōditionis, quæ attribuuntur regularibus.

Rursus autē, sicut Clerici dicuntur nobilitari, & nobilium jure censerī, eō quia sunt de familia, & de sorte regis cælestis & ejus servitiis addicti. Ita & eadem ratione statim atque aliquis fit religiosus, per necessariam consequentiam, fit nobilitas ad ingressum monasterii, & nobilium

privilegiis incipit frui, ut affirmant Felin. c. cum deputati. de iudic. Rebuff. c. postulasti. de cler. ex. & passim alii. hæcque est altera classis privilegiorum, quibus regulares fruuntur.

Tertiō. Quia quo jure, quæve ratione Clerici dicuntur Milites cælestis militiae, hac eadem & regulares; qui & ob id appellati sunt à græcis *asceta*. & eorum cœnobita, dicta *asceteria*. Ideo & eodem jure, cum Clericis fruuntur, militum privilegiis, unde habemus tertium genus privilegiorum pro ipsis.

Quartō. Demum quia regulares sunt in veritate pauperes, quamvis voluntarii, & ex electione ideo sicut nomine pauperum veniunt, ita & privilegiis pauperum participant, ex quo paupertatis principio promanat quartum genus privilegiorum quibus gaudent.

**§. I.**  
De privilegiis Clericorum, quibus Regulares fruuntur.

**S V M M A R I V M.**

1. Clericorum privilegia quæ, & quot.
2. Clerici sunt de civitate, in qua habent beneficia.
3. Vtuntur omnibus iuribus civium In favorabilibus. 3 & 4. secus in odiosis.
4. Idem dicendum de Regularibus.
5. Clerici & Regulares, habent privil. Canonis. Et quid illud.
6. Vt dicatur peccatum contra hoc privilegium quid requiratur, & 10.
7. An duplicem censuram contrahat, qui offendit regularem sacerdotem.
8. Clerici habent privilegium fori, & in quo consistat.
9. Clericus recusans iudicem laicum non est contumax.
10. Causa cadit qui Clericum citat ad laicum.
11. Processus, & sententia iudicis laici, in Clericis, est nulla.

PRIVILEGIA  
CLERICORUM  
ET  
REGULARIUM  
IN REGILAS  
CELLARUM  
S. I.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



16. Fallit in duobus casibus, & 17.  
 18. Clerici iure divino habent privilegium fori,  
 19. Quo sensu intelligatur hoc privil. illis datum ab Imperatore.  
 20. Non possunt esse rei maiestatis.  
 21. Quid si feudum teneant à rege.  
 22. Privil. fori agrè servatur Clericis, & Regularibus.  
 23. De iure illud amittunt in quibusdam casibus.  
 24. Clerici sunt exempti à muneribus personalib.  
 25. Fallit in quibusdam casibus de quibus iudicare est Episcopi. 26.  
 27. Clericus non potest distrahi à patre.  
 28. Potest vendicare rem suæ Ecclesie.  
 29. Non tenetur ad gabellas, aut quasvis prestationes.  
 30. De quibus bonis id intelligendum & seq.  
 32. Bona acquisita à Laicis tenent Clerici, tanquam Laici.  
 33. Iure regni omnia bona obnoxia tribuit.  
 34. Ecclesia utitur iure minorum cum aliqua ratione differentia.  
 35. Petit restitutionem ex triplici capite.  
 37. Ecclesia non obligatur ex facto Prelati.  
 39. Edificium cedit solo sed fallit respectu Ecclesie. 38.  
 40. Ecclesia tribuit beneficium asili.  
 41. In quo consistat ius asili.  
 42. Quibus beneficium asili servandum.  
 44. Quibus negandum, & 45.  
 43. Monasteria Regularium, asilum tribuunt, & quæ eorum loca.  
 46. Quid agendum in dubio, an reus debeat frui asili gratia.  
 47. Quid, an consistat quod non.  
 48. Regularium Ecclesie, habentur pro collegiatis in favorabilibus secus in odiosis. 49  
 50. Pro Ecclesie utilitate licet agere, sine procuratore.  
 51. Imperator, & supremi principes, sunt advocati Ecclesiarum, & monasteriorum habent ius interveniendi in causis eorum frequenter sic intervenerunt. 52, 53.

54. Ecclesiastica, & temporalis iurisdictio, seu vicem iuvant.  
 55. Diversi Principes, laudabiliter voluerunt habere notitiam morum Monachorum.  
 56. Clerici, & Regulares in suis gravaminibus, possunt recurrere ad principem.  
 58. Ita cavetur legibus Lusitania, & de hoc exempla ibid.  
 57. Talis recursus, dicitur, appellatio de abusu.  
 59. Eius iustitia asseritur 61. & 62.  
 60. Ante eiusmodi appellationem quid faciendum  
 63. Laici peccant eam admittendo in dicitur, & de hoc exempla remissive. 64.

**C**ardin. in clem. 1. de vit. & hon. cler. enunciat. 14. privilegia status Clericis, & Clericorum. Quæ item ex Zenfel. & Afflict. refert Franc. eod. Et post ipsos Aufrer. in Clem. ut clericorum de off. ord. Joann. Andr. & Dominic. in c. unic. de clau. coniug. in 6. Angel. in sum. v. clericus n. 14. Sylv. eod. v. n. 5. §. 1. & Armil. eod. v. num. 29. Sed Joan. Ant. de Nigr. in extr. unic. de vit. & hon. cler. ad 42. recenset, quorum hæc sunt scitu magis necessaria, cætera enim coincidunt cum Privilegiis militum, vel nobilium, de quibus nos in sequentibus.

Primum est quòd Clerici, sunt de populo, & communitate, seu cives locorum in quibus habet beneficia. c. princ. 23. q. 5. c. accedens. 2. v. lit. nova cont. Gemina. c. si sententia de sent. ex Ancar. eod. & cons. 343. Bald. l. 1. ff. de off. pref. v. b. Oldrad. cons. 32. & Alex. consil. 41. volum. 7. Vnde Ioan. Andr. c. fin. de off. del. in 6. ait, quòd privilegium concessum districtualibus, extenditur ad Clericos. Et similiter quòd statutum, illos comprehendit, si offert commodum. Et Oldrad. cit. v. universaliter ait, posse eos uti, & frui omnibus iuribus, commodis, & Privilegijs, quibus fruuntur homines v. universitatis, in qua habitant, sicut & Ecclesia dicitur esse de corpore civitatis in



in qua extracta est, ut notat Bald. cap. 1 de  
 10 qui arm. bell. in vsib. feud. Cum tamen se-  
 cus sit in odiosis, in quibus nunquam no-  
 mine civium veniunt. Vnde Feder. de  
 sen. conf. 70. & Castren. conf. 175. lib. 3.  
 dicunt quod interdicta v. g. civitate, aut  
 & sic de ceteris. Quæ omnia per pro-  
 portionē, habent locum in Regularibus.  
 Secundum. Privilegium est, quod vo-  
 catur Canonis, puta canonis si quis suaden-  
 te 17. quest. 4. Qui est Innoc. Et in quo  
 adæquatis Monachis cum Clericis sic lo-  
 quitur. Si quis suadente diabolo, huius sacrile-  
 gi verum, vel crimen incurrit, quod in Cle-  
 ricum vel Monachum violentas manus injecerit,  
 anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episco-  
 porum, presumat, illum absolvere, nisi mortis  
 urgente periculo, donec apostolico conspectui  
 presentetur, & eius mandatum suscipiat. Est  
 autem hoc privilegium solemne, pro se-  
 curitate Clericorum, & Monachorum:  
 in eo enim prohibetur, quæcunque vis il-  
 lis inferri, non tantum per quam lædi  
 possunt in corpore, sed etiam in hono-  
 re, & reverentia debita illorum statui:  
 ut si quis in faciem spueret, aquam aut  
 lutum in caput funderet, vestem lacera-  
 ret, pileum detraheret conculcandum,  
 equitatem per frenum equi arrestra-  
 ret &c. in his enim & similibus alijs sem-  
 per incurritur censura: quia certum est  
 gravem injuriam in eis contineri, atque  
 per ea caracterem clericalem lædi. Et  
 incidit in panam, non tantum qui horum  
 aliquid fecerit per se ipsam, sed etiam  
 qui jubet, consulit, ratum habet, aut  
 quovis modo cooperatur. Imò & qui  
 non impedit, cum potest & debet, seu  
 ex officio, secundum communem doctri-  
 nam, seu ex sola charitate, dum non est  
 alius qui prohibeat, secundum nonnul-  
 los, non obscuri nominis Theologos.

Verum duo requiruntur, ad hoc ut  
 9 censeatur peccatum contra hunc Cano-  
 nem, & ejus privilegium, nempe primò.  
 Ut offensa illata sit suadente diabolo,  
 hoc est injustè, seu quoad substantiam  
 quia Clericus non meruit percuti: seu  
 quoad modum quia non meruit percuti  
 tali modo v. g. calce, baculo &c. seu  
 quoad quantitatem, ut si cum unam aut  
 alteram plagam meruit, infligantur de-  
 cem, hæc enim omnia sunt semper in-  
 justa, & consequenter suadente diabolo,  
 attentata; secundò, requiritur ut offensa  
 sit sacrilega: hoc est, tam gravis seu ig-  
 nominiosa, ut judicio prudentis viri,  
 censeatur dignitas clericalis, per illam  
 læsa, in persona illius cui illata est: ut si  
 quis illi spat ad faciem, aut calce percu-  
 tiat, nullus est enim qui talia non reputer  
 in gravem injuriam. Addit satis proba-  
 biliter Bonac. 10. 1. hunc qui offendit  
 Monachum, sacris initiatum, incurrere  
 non unam, sed duplicem censuram, ob  
 duplicè irreverentiam admittam, seu of-  
 fensam, in statum ac caracterem Cleri-  
 calem, & in schema Monasticum. Et  
 ita videtur posse inferri ex ipso textu  
 Canonis, in quo exprimitur Clericus, &  
 Monachus quasi diversi, sicut sunt de facto.

Secundum. Privil. est quod dicitur  
 fori, & consistit in duobus, nempe quòd  
 Clerici non tenentur legibus sæculari-  
 bus, nisi ex æquitate naturali, non autem  
 vi coactiva, ut Laici. Et quòd non te-  
 nentur respondere in judicio coram ju-  
 dice Laico pro quavis causa, seu civili seu  
 criminali. (a) De quo in cap. si diligenti, de  
 for. comp. cap. Clerici cap. at si Clerici. de in-

(a) Vix umbra hujus Privilegii restat apud Gallos  
 quamvis in eorum concilijs frequenter innovatum  
 sit ut in Arell. 2. Canonic 31. Aurel. 4. Can 20. An-  
 tiod. Can. 43. Matifran. 1. Can. 7. & 2. Can. 10.  
 Paris. 5. Can. 4. Remense Subdayob rege Can. 6. Vide  
 epl. 8. Nicolai primi Papæ ad Michæ Clem. 3. imper-  
 apud Baron. t. 10. ann. 865. nu. 81. & 89.



- dic. cap. cum non ab homine eod. & auct. statumimus C. de ep. & Cler. Unde si aliquis citetur ad tribunal iudicis Laici, non tenetur, pro declinatoria comparere secundum Jul. Clar. li. 2. sent. q. 36. pro quo facit cap. significasti. de for. comp. & l. omnes. C. de ep. & Cler. Cum novel. 83. & 123 Et tali casu non modo non potest dici contumax, ut monet Gram. decis. 29. Quin potius causa cadit qui ipsum in jus vocavit per auct. statumimus. C. de ep. & Cler. Ubi
- 13 Casfr. & Zaba. cons. 59. Et si iudex inquisivit, vel processum formavit, ipso iure, est nullus, ut inter alios notat Rolland. à Vallo. lib. 1. cons. 4. Et similiter sententia inde secuta (etiam absolutoria) ut monet Postilla ad Barth. lib. 1. cons. 225. cap. in Cler. corum. 1. 1. quest. 3.
- 16 Fallit tamen r. si iudex jam coeperat cognoscere, antequam Clericus tonsuraretur, quia cum non debuisset admitti ad Clerum, & iudex esset prius in possessione, Ecclesia non vult cum ejus injuria
- 17 favere fraudi hominis. Aut secundò si assumpsit Clericatum post perpetratum delictum: quia licet evaserit manus iudicis Laici, pro sua persona, non tamen pro suis bonis, & quantum ad interesse civile: pro quo poterit iudex Laicus contra ipsum agere. Panor. cap. cum Ecclesias. de off. ord. Cancr. p. 2. var. cap. 2. n. 133. Et communiter alij in cap. admone-re 25. quest. 2. cap. proposuisti. de for. comp. & l. si quis postea. ff. de iud.
- 18 Quo verò jure hoc Privilegium competat Clericis, & sint exempti à foro seculari controversatur admodum à DD. Mihi autem magis placent, qui dicunt, id eis Divino jure datum. (b) Quantum verò ad leges, per quas videtur Impera-

(b) Glos. c. si Imperat. d. 10. Dominic. c. nisi id. 4. Abb. c. Ecclesia de cons. Coña eod. 19. Bofch. in rubr. de iudic. Cardin. c. pes pendimus de sen. ex. Imol. Clem. 1. de off. ord. Aufre. & Laudun. eod. Innoc. Hoff. & Gofred. c. 2. de na. & ob.

tor id sancire, sic debent intelligi: non quòd Imperator, hoc jus constituat, sed constitutum declarat, demonstret, & illic conformare decrenat ita Bald. auct. statumimus C. de Ep. & Cler. Alex. lib. 1. cons. 8. Roll à Vall. lib. 1. cons. 4. & plures alij.

Unde & Barbat. in c. at si Clerici. de iudic. Cardin. cap. vergentis. de heret. Albertin. cap. quoniam. eod. in 6. Abb. eod. Laudun. clem. pastoralis de re iud. Eleasar. eod. Albert de Rosat. l. quisquis ff. ad l. iul. ma. Bald. l. data opera. eod. qui accus. non poss. & l. nihil. eod. de manu. vind. Lopez. in pract. crim. cap. 121. Conrad. Lancel. in temp. lib. 1. c. 1. §. 4. v. 27. Grammat. decis. 24. Roll. à Vall. lib. 1. consil. 4. Bellam. consil. 15. Oldrad. consil. 43. Lud. Bologn. in comp. privil. bonon. Martha de iurid. p. 4. casu 133. & 134. Marchin. de Sacram. ord. trac. 2. p. 2. cap. 15. diff. 12. & alij docent, non posse unquam Clericum esse reum Majestatis in principem temporalem, quia hoc crimen non incurritur, nisi à subditis. Et licet contrarium videatur innui in cap. si quis Laicus. 22. quest. 5. & in §. rursus. clem. Pastor. de re iud. (c) Respond. tamen quòd cap. si quis. esse paleam: atque ideò minoris auctoritatis. Quantum verò ad §. rursus. illum esse intelligendum, non generaliter, de quacunque persona, quae habet aut accipit domicilium, in terris alicujus Principis temporalis: sed quae accipiendo, sit illi subdita, quod non contingit in Clericis. Volunt quidem alij, qui (ut Barbar.) illum utrumque locum intelligi de Clerico tenente Feudum, ratione cujus fit subditus: atque ideò obnoxius Majestati, sed neque hoc sensu alius ego consentio: nam per receptionem Feudi, non fit quis absolute subdi-

(c) In concil. clarem. sub Urb. II. statutum factum ne Episcopus vel Sacerdos Regi, vel alicui Laico, in manibus, ligium, vel fidelitatem faciat.



non saltem quoad personam. Et cum crimen Majestatis non possit incurri, nisi à subditis: & Clerici sint maximè exempti, & liberi quoad suas personas, relinquatur nec eos qui tenent feudum à suo Principe, posse in hoc crimen incidere.

Quidquid autem sit de hac difficultate admodum odiosa. Cerrè jam aliter & aliter servatur in singulis dynastiis, & seu justè, seu injustè, vix jam umbra privilegii hujus illustris, & exemptionis fori, relinquatur Clericis & Regularibus de jure verò amittitur privilegium in calibus quos notat Gloss. ap. ad abolendū de heret. Panor. cap. nisi Clerici de judic. & cap. perpendimus de sent. Ex. Et alii Canonistæ in cap. 1. de homicid. in 6. cum Bald. Barth. & Angel. l. non adeo minus C. de accus.

24. Quartum Privileg. est. Quòd Clerici sint exempti ab omnibus muneribus personalibus cujuscunque sint speciei can. Ecclesiasticum 12. quest. 2. can. generaliter 16. qu. 1. cap. Sacerdotibus & cap. sed nec procuratoribus ne Cler. vel mon. l. omnes l. Presbyteros & l. placet C. de Episc. & Cler. Fallit ubi Laici non sufficiunt, ut in oblatione civitatis. cap. pervenit de imm. Eccl. Judicare tamen de necessitate, & occasione illius obligare Clericos, non spectat ad Magistratum secularè sed ad Episcopum, vel Clerum totum cap. non minus eod. ubi Gloss. & DD. communiter Card. Clem. 1. de vit. & hon. Cler. Et Castr. lib. 2. conf. 423.

27. Quintum. Quòd in necessitate non possunt extrahi à Patre, ut leges Civiles permittunt, de aliis liberis, qui non sint Clerici. l. 2. C. de Patr. qui fil. distr.

28. Sextum. Quòd possint vindicare rem concessam suæ Ecclesiæ ante traditionem. cap. ex litteris de consuet.

29. Septimum. Quòd illorum bona non possint collectari ad gabellas, tributa, aut qualvis præstationes obligari can. tribu-

tum & seq. 23. quest. 8. cap. non minus & c. adversus de Immun. Eccl. cap. 1. de censibus capit. quamquam eod. in 6. cap. 1. de im. Eccl. in 6. leg. unic. de cens. & l. sancimus. C. de sacros. Eccl.

Sed jam vix certi potest aliquid dici pro explicatione hujus privilegii, cum non scio quo factò aliter, & aliter ubique servetur. Quem autem non piguerit, nostras has lucubrations evolvere, huic ego summariam distinctionem propono & dico, quòd quantum ad bona data Ecclesiis & Monasteriis pro dote, in prima fundatione, hæc sine dubio sunt exempta à tributis, & quibusvis præstationibus per jura allegata. Nisi quando agitur vel de commodo, quod immediatè respicit Ecclesiam, & Clericos, ut docet Abbas. cap. non minus cit. Aut certè æque principaliter ac Laicos, ut pro via publica, fontibus & similibus operibus, secundum eundem Abb. eod. Sylv. v. immunitas 1. nu. 20. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 6. & Legistas in l. ad instructiones C. de sacros. Eccl. Quamvis id non servetur in civitatibus melius moratis, quia lex illa corrigitur per posteriorem auth. item nulla communitas C. de Ep. & Cler. Vel denique quando Laicorum facultates non sufficiunt juxta cap. cit. non minus, & doctrinam Martil. in cap. nisi Clerici de judic. & Roman. l. si vero ff. sol. marr.

At quantum ad bona successivè acquisita, ab Ecclesiis & Monasteriis, hæc non possunt dici exempta, quia sive titulo donationis, sive emptionis, illa acquisierint, non potuerunt acquirere nec modò tenere aliter quàm tenebant Laici, à quibus illa acquisierunt: sicut illi non potuerunt dare, aut vendere possidenda aliter, quàm ipsi possidebant. Atqui jura Regni omnia bona sunt obnoxia tributis. c. 1. de cens. in fine. & l. Imperatores. ff. de public. Imò quasi jure pignoris, pro ipsis obligata l. 1. in quibus caus. p. gn. & l. 1. Cod. si propter pub. pensit.



*pensit. Et res transit cum onere. c. ex litte-  
ris de pign. Ergo sicut Laici tenerentur sol-  
vere tributa ex talibus bonis, si apud il-  
los remansissent, ita & Ecclesia tenerentur  
ex illis solvere postquam ad illas transie-  
runt (a) ita Niger extr. unic. de vir. & hon.  
Cler. Barh. l. rescripto ff. de mun. & hon. Sylv.  
v. immunitas l. quæst. 5. Afor. lib. 5. inst. cap. 13.  
Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 6. &  
Dried. de libert. Christ lib. 2. cap. 3. Et ita vi-  
demus observari circa solutionem deci-  
marum, quas solvunt Ecclesia aliis Eccle-  
siis, aut Monasteriis de bonis acquisitis  
successivè à Laicis, quamvis aliàs non te-  
neantur solvere, & de facto non solvant  
de bonis antiquis.*

- 34 *Octavum.* Privileg. est quòd Ecclesia  
utuntur jure Minorum in petenda resti-  
tutione. cap. 1. de in int. rest. c. ad nostram de  
reb. Eccl. non alien. Gloss. cap. 1. cit. Abb. c. au-  
ditis eod. Innocent. ac omnes DD. Et peti-  
tur hæc restitutio extriplici capite. Puta  
35 *Primò* ex capite læsionis ob malam Præla-  
ti administrationem. Aut *Secundò* ex ca-  
pite ignorantia, quando jus suum nesci-  
vit, & inde damnum incurrit, vel lucrum  
amisit. Aut *Tertiò* ex clausula: *si qua mihi  
causa.* Quæ est. l. 1. ff. ex quibus caus. ma. ubi  
Prætor promittit se restitutionem conce-  
ssurum ex quacunque causa, quæ sibi  
videbitur justa, etiamsi non sit ex illis,  
quæ in jure exprimuntur. Et dum sic con-  
ceditur ex causa non expressa, dicitur  
cõcedi ex clausula: *si qua mihi causa.* Quia  
licet non sit de expressis in jure, sufficit  
quòd justa videatur Prætori ad hoc, ut ex  
illa obtineatur restitutio.
- 36 *Est tamen non nihil discriminis in re-  
stitutione Minoris, & Ecclesiæ, quia Mi-  
nor debet illam petere intra quadrienni-  
um à finita minoritate, Ecclesiæ verò  
ab accepta læsione, seu potius à finita ad-*

(a) in capitul. La dovic. pu lib. 1. c. 91.

ministracione Prælati per cujus culpam  
illam passa est, quia durante illius admi-  
nistracione reputatur læsio esse in con-  
tinuo fluxu, ut notat Gloss. cap. 1. de in int.  
rest. in 6. ubi addit, quòd quinimò, etiam  
elapso illo quadriennio, potest adhuc Ec-  
clesia petere restitutionem quando læsio  
est enormis. Cui consentit Abb. in cap. cum  
ex litteris de in int. rest. & Lud. Molin. lib. 2. de  
just. d. 574. ubi agitur de læsione propriè  
dicta, hoc est de damno quòd passa est, se-  
cus ubi de lucro amisso, quia tunc servan-  
tur leges quadriennii, ut docent Jas. &  
Tiraq. quos citat & sequitur Tusch. cond.  
298. num. 77.

*Nonum.* Quòd Ecclesia non obligatur  
ex facto Prælati, nisi quantum ad hoc, in  
quo facta est locupletior. Et hoc sive fa-  
ctum Prælati sit in delinquendo ut notat  
Afflict. decis. 265. Sive in contrahendo, ut  
dicit Zabar. conf. 134. Sive negligendo ut  
notat Gloss. c. potuit de locat. Sive venden-  
do, vel quavis alia ratione alienando. Se-  
cundùm Barth. aut h. hoc jus C. de sacros. Eccl.  
Sive demum in mutuo, vel deposito. Jux-  
ta Barth. eod. Innocent. cap. quod quibusdam  
de fide iuss. Abbas lib. 2. conf. 7. Castren. lib. 4.  
conf. 338. Et alios dicentes, quòd ad hoc, ut  
Ecclesia vel Monasterium teneatur ex fa-  
cto Prælati, duo sunt necessaria, nempe  
*primò*, ut constet de numeratione pecu-  
niæ, seu traditione rei de qua agitur, &  
*secundò* de ejusdem conversione in utilita-  
tem Ecclesiæ vel Monasterii. De quibus  
tenetur creditor docere, & probare in  
specie adeò ut nec sufficiat confessio Præ-  
lati, secundùm eundem Castren. lib. 1. conf. 2.

*Decimum.* Quòd licet secundùm leges  
a edificium cedat solo, ut is qui in alieno  
a edificat, non retineat a edificium, sed Do-  
mino soli acquiratur. Secus tamen est re-  
specu Ecclesiæ vel Monasterii, quia si  
quis unum a edificaverit in suo fundo, non  
acquirat



acquirat illud, sed potius contra fundus  
fit Monasterii edificati, nec potest am-  
plius ad profanos usus reduci, ita cum  
communi Calder. *conf.* 451. quod est *f. de*  
*rel. dom. Et Tulch. v. Ecclesia conl. 22.*

40 Undecimum est quod vocatur Asili, *can.*  
*ram & seq. 17. quæst. 4. extrav. de imm. Eccl.*  
Et in *C. de his qui ad stat. conf. Et l. presenti Ced.*  
*de his qui ad Eccl. conf. (a)* Et consistit in tri-  
bus scilicet primò quod reus qui ad Eccle-  
siam vel Monasterium fugit, non potest  
inventus invitovè Prælato illius inde ex-  
trahi. *can. quisquis 17. quæst. 4. secundo*, quod  
quamdiu ibi moratur, non potest iudex  
Laicus impedire, quoniam necessaria  
ad ipsum deferantur in cibis, vestibus, &  
aliis similibus, nec sententiam sanguinis  
contra ipsum ferre. *cap. nullus Episcopus ead. q.*  
*& c. inter alia de imm. Eccl. Tertiò* Quod  
postquam de Ecclesia exiit, non potest  
iudex formare processum contra ipsum  
Gloss. *cap. cit. reum Hofl. & Archid. eod. m*  
*Panor. c. inter alia de imm. Eccl. Oldrad.*  
*conf. 174. Angel. v. immunitas num. 15. Afor.*  
*p. 2. lib. 9. q. 12* Et Ratio horum omnium est,  
quia Ecclesiæ, & Monasteria sunt exem-  
pta à iudice Laico: esse autè exemptum à  
iudice, & esse extra ejus territorium, a-  
qualia sunt, ut docent Ancar. Gemin. &  
Franc. *c. v. de const. Gonsaly. ad reg. s. cancell.*  
Gloss. 43 Barbof. *de off. & pot. Ep. p. 3. al. 80.*  
Culcier. *de iur. se. in exempt. p. 2. q. 1. Henriq.*  
*lib. 7. c. 15.* De quo & plures Rotæ decilio-  
nerantur. Atqui non potest iudex ex-  
terre jurisdictionem in eum, qui existit  
extra ejus territorium, ergo nec in eum  
qui existit in Ecclesia, vel Monasterio.

42 Et hoc favore Asili gaudent omnes,  
in Gallia agrè & raro admodum defertur huic  
privilegio, quamvis nullibi fuerit tam frequenter  
retractatum patet ex *Concl. 2. Arelat. can. 30. A-*  
*rauc. 1. can. 1. Ep. an. can. 39. Aurelian. 1. 4. & 5. can.*  
*p. 1. 3. 21. & 22. Matifeon. 2. can. 8. Remensi sub Dago-*  
*berti. Rege can. 7. & Capitul. Caroli Magui additis.*  
*ad ill. falicas. c. 3.*

qui sic ad Ecclesiam vel Monasterium re-  
fugiunt etiam excommunicatus secun-  
dum Angel. *v. immunitas nu. 10. & Clar. in*  
*pra. s. fin. qu. 30. nu. 18.* Judæus aut infidelis ut  
ait Boer. *decif. 110. nu. 4. Sylv. v. immunit. 3.*  
*n. 3. & Aufon. in sum. Dian. eod. v. ubi refert*  
*ira declaratum à S. Congreg. Et sic non est*  
*audiendus Angel. cit. loco num. 12. contra-*  
*rium asserens. Etiam ille quem ministri*  
*justitiæ jam insequuntur rapiendum, ut*  
*notat Clar. cit. num. 19. Etiam ille qui jam*  
*captus de manibus illorum aufugit. Jaf.*  
*l. pleriq. ff. de in ius voc. Etiam ille, qui de ear-*  
*ceri. Clar. num. 19. cit. Ac demum ille qui*  
*damnatus de manibus carnificis fugit,*  
*dum ad patibulum ducitur. Clar. quæst. 30. 43*  
*cit. nu. 22. & qu. 98. in initio.* Quæ omnia lo-  
cum habent respectu Monasterii ubi no-  
mine Monasterii quoad hanc materiam  
intelligitur non Ecclesia tantum, sed et-  
iam hortus, coquina, cellaria, pristri-  
num, ac generaliter omnes officina, om-  
niaq; loca intra ambitu murorum com-  
prehensa. Gloss. *cap. 1. de privil. in 6. Alex.*  
*lib. 7. conf. 145. Tusch. v. Eccl. concl. 9. Laym.*  
*in Theol. mor. lib. 4. cap. 3. Aufon. in sum. Dian.*  
*v. immunitas & plures alii.*

Fallit tamen & privilegio non est lo-  
cus, quando agitur non criminaliter, &  
ad pœnam corporalem, sed civiliter pro  
interesse civili, quia licet reus fugerit ad  
Ecclesiam, & inde non possit extrahi, po-  
test tamen iudex procedere contra ipsum  
pro reparatione damnorum quæ intulit,  
Ecclesia enim non dat Asili favorem bo-  
nis, sed membris & vitæ rei ad illam con-  
fugientis, Imò quia iudex Ecclesiasticus  
non imponit pœnam sanguinis, potest  
semper extrahere reum de Ecclesia ad  
alias pœnas, secundum Innocent. *cap. inter*  
*alia de imm. Eccl. Laudun. Clem. cum secundum*  
*de penit. Angel. Armill. Portell. v. immunitas*  
*& Sylv. eod. v. 3. Quod tamen negat Boer.*



epon. in *c. cit. inter alia*. Et ita statuitur in Conc. Ilerd. cujus canon habetur in *c. nullus Clericorum 17. qu. 4.* In criminalibus verò de jure antiquo sunt plures casus, in quibus similiter negabatur Aliliis cõfugientibus ad Ecclesiam, sed jure novo ex constitutione Gregor. XIV. quæ incipit: *Cum alias*, promulgata An. 1591. sunt tantum VIII. puta in casu Hæresis, Majestatis in personam Principis, Homicidii vel mutilationis factæ in Ecclesia, Homicidii proditorii seu simulatâ amicitia facti. Si reus sit Assassinus Si latro publicus Si grassator viarum, & si populator agrorum. Quibus deinde Anno 1632. die 3. Dec. S. Cardin. Cõgregatio addidit tres alias species homicidii, nempe illud quod procuratur cum veneno. Aut si mulier malis artibus, abortum sibi procurat, vel natum infantem occidit. Barbof. in *collect. Bull. v. homicida & v. immunitas Farinac. de immunit. n. 142.* & Franc. Leone in *thesau. for. Eccl. p. 1. c. 13.*

45 Quod si de aliquo casu dubitetur, & an reus qui fugit ad Ecclesiam, debeat frui immunitate: tunc si talis Ecclesia est exempta, extrahetur ab illius Pralato & servabitur in ejus carcere, donec ipse pronuntiaverit. Sed si Ecclesia non est exempta, erit recurrendû ad viciniorem Episcopum, non ad proprium illius Pralatum pro cognitione casus, & declaratione faciendâ, quia ex citata constit. Greg. XIV. nullus Episcopo inferior, potest privare aliquem immunitate Ecclesiastica, vel dare licentiam extrahendi reum ab Ecclesia. Ubi verò de casu constat, & reum non

47 gaudere immunitate. Boet. epon. in *cap. inter alia de im. Eccl.* & quos ibi citat Panor. Cign. & Barth. dant judici laico potestatem illi extrahendi absq; alia cujusquam requisitione, sed ego puto etiam hoc casu Pralatum Ecclesiæ debere intervenire propter fundamentum in initio positum,

quia Ecclesia non est de territorio judicis laici. Nullus autem judex potest agere in alieno irrequiritâ licentiâ.

*Duodecim.* Privilegium, quodd Regulares habent commune cum Clericis, est quod eorum Ecclesiæ reputantur collegiata. Quod tamen venit intelligendum solum in favoribus, nõ item in odiosis, & oneribus. Unde v.g. licet Rubrica Missalis velint ut cantentur duæ Missæ in Ecclesiis collegiatis in diebus Quadragesimæ, & Vigiliis, in quibus occurrit Festum 12. Lectionum. Id venit intelligendum de collegiatis secularibus, non de regularibus, & sic de cæteris. Quod ego extendo etiam ad illas Regularium Ecclesias, quarum Pralati habent territorium, & jurisdictionem Episcopalem in eo. Illæ enim non mutant statum, & consequenter reputantur semper regulares, atque ideo jure regularium sunt censendæ.

*Tredicesimum.* Quod fas est cuilibet agere in eorû utilitatem, etiam sine speciali procuracione, nec in tali casu admittatur exceptio: *Nihil tua interest.* Ita Joann. de Anag. *consil. 30.* & Abb. *lib. 1. consil. 32.*

*Decimumquartû (a)* Quod habeant Im-

(a) Non aliter Deo nostro rectè potest regalis devotio famulari, nisi providentia ejus Ecclesiasticorum Ordinum servetur integritas. Pelag. II. Papa epist. ad Childbert. Regem. Principes sæculi. non nunquam, intra Ecclesiam potestatis adeptæ culminant, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Concil. 6. Papiæ. lib. 2. cap. 2. Ordo Ecclesiasticus, & Canonica forma, atque Monastica Religio sæpè cum minus Religiosis Principes habuit, titubavit, & bene collabens deperit; Et iterum cum devotos, & in Dei zelo ferventes Principes accipere meruit, resurrectione quadam revixit, & vigorem recepit Concil. celebratum ad Theodonis villam tempore Sergii II. Papæ c. 4. Regam corda divinitus inspirata quando pro Religiosis locis sollicitudinem gerunt, Divinitati gratia sunt agenda & in omnibus quæ pie, Religioseque procurant, eorum voluntati cum omni alacritate est parendum. Orandi denique essent, ut de Sanctorum locis, pietatis affectum, & sollicitudinis curam susciperent. Nunc autem ultro se ad hæc peragenda præbentes, & illis est congratulandum, & quæ jussirint, sine retractione perficiendum. Nicolaus I. Papa Epist. 62. ad universos Episc. & Principes Galliarum.

perato-



peratorem, seu Principem loci supremū pro Advocato, & Protectore, à quo defendantur, tam in bonis, quàm personis, & privilegiis. Aut etiam in officio continentantur. *can. bom. d. 96. c. principes. can. regum. can. administratores. 23. qu. 5. c. tribu. eod. qu. 5. 8. Corfet. cap. grandi de sup. vol. pral. n. 6. Geminian. conf. 81. Callan. n. 1. at. p. 5. conf. 17. Tulch. v. Ecclesie. concl. 7. Aufrer. de pofest. fecul. in pers. eccl. reg. 2. Petr. de Marcha. lib. 2. de concord. sacerdot. & imper. cap. 10. & seq. Et Chaffaing. de privit. regul. tract. 1. cap. 1. prop. 8. Puta vel ad majorem auctoritatem quando timetur, ne ipsi Pralati Ecclesiastici nō sint sufficientes. *cap. 1. de off. ord. Qua ratione videmus in Codice Justiniani plures leges ab Eo, Theodosio, Constantino, & aliis pientissimis Imperatoribus, circa res ecclesiasticas latas. Vel quando ipsi Pralati ecclesiastici sunt negligentes. Qua item ratione Baron. to. 11. Annal. refert duos Cardinales Sed Apost. Legatos in statu Mediolan. dedisse Principi laico facultatem animadvertendi in Clericos fornicarios, negligente Archiepiscopo animadvertente. Vel quando ipsi iidem Pralati Ecclesiastici irrationabiliter gravant subditos. Qua similiter ratione Urban. II. deie. potestatem Rogero Comiti Calabriae, & Siciliae, (Regi deinde) ac ejus Successoribus, ut tanquā Legati Sed. Apost. impediant, ne executioni mandetur quicquid minus rationabiliter pro iisdem provinciis Papa per circumventionem disposuerit. B. Quae incipit: Quia prudentiam In qua fundatur Monarchia Siciliae, & jus omne illius. Quam licet multis rebutare conetur Baron. to. 11. an. 1097. 55. pag. 704. & seq. Usus tamen prevaluit, & ita in praxi videmus observari, non in Sicilia modò, sed etiam in aliis plerisque provinciis (ne dicam omnibus.) Et Prin-**

cipes temporales, seu eorum ministros universaliter se interponere, & intervenire, ubi agitur de Ecclesiis, & Monasteriorum conservatione, reparatione, aut reformatione, etiam plerumque ante ullam requisitionem. Et ita eis competere docent Gloss. *can. filius. 16. qu. 7. & cap. 54. cum Monasterium. 13. de elect. Guilel. Ben. in ca. Raynuius. de test. sect. 2. num. 24. & seq. Aufrer. loco supra cit. & alii Scribentes in l. si in aliquam. ff. de off. proconf. & l. hereditatis. de per. hered. De quo abundè suppetunt exempla in omni saeculo, & provincia orbis Christiani. Quin etiam an. 742. In Concil. Germanico sub S. Bonifacio Archiep. Mogunt. Sed Apost. Legato, & Carolomanno Principe ita fuit sancitū. his verbis: *Decrevimus quòz, ut secundum canones vnusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adiuvantem Graphionem, qui defensor Ecclesie eius est. Graphionem enim, officialem Principis interpretatur Baron. ad an. cit. to. 9. Et rursus in Concil. II. Aquisgran. celebrato an. 836. tit. de vita & doct. infer. ord. can. 15. Cum fuissent aliqua ordinata in utilitatem Monasteriorum, & manutationem observantia, eorum executio fuit delegata Missis Dominicis. hoc est officariis regis. Quod iterum an. 853. factum est in Cōcil. II. Suelion. sub Carolo Calvo. Ac rursus an. 881. in Cōcil. celebrato ad S. Macram in Diceceli Rhem. cap. 4. Statutum fuit ut simul cum Episcopo cuiusque Dicecesis, Missi regii visitarent Monasteria, & ordinarent, que forent in eis necessaria, seu quoad mores, seu quoad edificia. Et etiamnum ita servatur in Bavaria, ubi S. Ducis officiales lustrant Monasteria, & adificiorum, ac temporarium administrationis rationem exigūt. Nam potestas, & jurisdictio Ecclesiastica, & temporalis sic se habent ad invicem ut licet sint omnino distinctae, una tamen**



tamen plerumq; indiget, iuvatur aut suppletur ab alia. *can. quoniam. d. 10. cap. Principes. & seq. 23. qu. 5. & cap. 1. de offic. ord.* Ubi ita docet Glossa, quam sequuntur Joan. Quint. Haduus in *cap. nov. 1. de iudic. Jacob. Rebuff. l. universi. 2. C. de fund. rei priv. Conrad. Lancell. in temp. om. iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. v. secundo iuxta. & §. 4. v. decimo quarto.* Et plures alii. Unde Isidor. *Sape per Regnum terrenum caeleste Regnū proficit.* Ad quod respexisse videtur Six. Papa in *epist. ad Ioan. Antioch.* cum dixit: *Regem caelestem sedentes habere Reges terrarum.* Nempe ut defendant & manuteneant personas Ecclesiasticas & Religiosas in suis iuribus, & officiis debitis, de quo Petr. Diac. Lotharium Imperatorem plurimum comendat in *Chron. Cassin. li. 4. c. 125.* ubi refert, quod cum is ad Monasteriū Cassinense venisset, *Quamdiu in eo remoratus est, ita omnes officinas Monasterii, ac si Abbas vel Decanus circumbat, seire cupiens, quomodo quisq; sub B. Benedicti magisterio viveret.* Et S. Stephanum primum Regem Hung. Baron. *to. 11. annal. p. 15.* de quo ex Cartuicio in eius vita, refert, quod *Monachorum vitam, & conversationem modò per seipsum, modò per alios accuratè investigans, desideres arguebat, alacres & vigiles charos habebat.*

57 Et in consequentiam huius juris, quod habent supremi Principes, ut Clerici, ita & Regulares possunt ad eos appellare & recurrere, quando impetuntur & iniuste gravantur, non solum à personis laicis, sed etiam quando ab Ecclesiasticis, aut suis ipsorum superioribus, seu immediatis, seu maioribus (a) Non quidem in omnibus causis, aut quavis occasione. Sed quando ab illis tractantur, seu ipsi disponunt in Monasterio, aliquid contra suam Regulam, regularia Instituta, &

ros canones, seu Leges communiter receptas. Et generaliter, quando sua potestate abutuntur in perniciem subditorum; Unde dictus est hic recursus appellatio de abusu. Nam *Episcopale iudicium nihil obijit ab imperatore postulare can. si quis Clericus. 11. qu. 1.* Unde in legibus Luitaniae *lib. 1. tit. 9. §. 1.* Postquam Rex prohibuit, ne Iudices laici recipiant querelas de rebus spectantibus ad Ecclesiasticos, sic subdit: *Salvo, quando se aggravaverit, de notitia oppressam, in forca, que se lites facit, ou de se lites non guardar, odireito natural, porgue, vestes casos. Ni como Rey, e Senmor temos obrigaçao, de acudir à nossos vassallos.* Et hac ratione *Act. 27.* Apostolus impetitus à Judæis & Sacerdotibus, appellavit ad Cæsarem (etiam gentilem hominē) Et rursus *Act. 23.* Cum didicisset insidias sibi paratas item à Judæis, accepit securitatem à tribuno, similiter gentili, cum tamen omnis esset cum Sacerdotibus eius difficultas, de lege, & aliis materiis Ecclesiasticis, In quem modum Bleynian. *supra cit. loco.* refert de Monachis Bernayensibus, in Diocesi Lexonia in Normandia, quod cum fortiti fuissent Abbatem austeriorem, & de eo conquesti apud Curiam supremam Rothomag. eam districtè inhibuisse Abbati, savire in Monachos.

Nec refert, quòd aliqua Concilia, videntur adversari huic doctrina. Neque quod aliqui Doctores damnant ejusmodi recursum ad iudices laicos, dicentes hunc casu contineri in *15. & 16. Bulla Cœna Domini.* Nam si Reges habent jurisdictionem, ut possit ad illos appellari, modo su-

(a) Yafen. 1. can. 5. Agathense can. 48. Venet. can. 9. Arelhan. 1. can. 10. Arelhan. 2. can. 20. Andegav. can. 1. Parisiens. 5. can. 3. Cabillon sub Clodov. II. Reg. can. 1. Et can. 55. inter capitularia Adriani Pape. 11. can. 23. lib. 1. capitular. Imper. Aragon 2. 2. q. 66. 1. 3. Lay. lib. 4. tr. 9. c. 4. Mirand. de Ord. iud. q. 292. 1. Peyr. 1. 1. de subd. relig. qu. 1. c. 20. Salgado de resp. proteff. p. 1. c. 2.







inimicos, quos ad eam adjuutores deberet  
 62 habere Unde necesse fuit hunc recursum  
 ad Magistratum saecularem contra tales  
 abusus permittere tanquam minus malum  
 in majorum remedium. Atque ideo ut cum  
 Joan. Quint. Ha duo loquar: *Volendum, non  
 de hac lege, & consuetudine, sed quod talem legem,  
 similem, alias meruimus.* Et magis stu-  
 pendum, nonnullos Praelatos regulares ita  
 parum moderatos esse in suo regimine,  
 ita excessibus infuevissent, ut nec ab his  
 temperare acquiescant, licet sciant, ven-  
 turos ad notitiam publicam, & cum sui ho-  
 noris, suique Ordinis dispendio, a Laicis  
 reformandos. Unde ipsi dicendi sunt potius  
 auctores scandalorum, & sui honoris  
 prodigi quam eorum fratres appellantes  
 ab eorum oppressione, & suam defensionem  
 quaerentes, non eorum infamiam, quamvis  
 forte inde resulter.

64 Laici tamen interdum peccant gravi-  
 ter in susceptione, & cognitione ejusmodi  
 causarum. Quando nimirum indebitum  
 eas suscipiunt, & fovent. Quando non cum  
 charitate componunt, & definiunt. Quan-  
 do inde emungunt a Monasteriis pecunias,  
 suis juribus & beneficiis ea spoliant  
 &c. Unde legimus multas familias fuisse

64 a Deo extinctas, Reges solis exturbatos,  
 & Provincias cladibus attritas, quod Laici  
 plus, vel aliter quam par fuit, negotiis  
 se Ecclesiasticis, & Regularibus miscue-  
 rint, quamvis semper specioso iustitia, &  
 Religionis praetextu. Nam neque fuit alius,  
 quam Religionis obtentus, cum calcitrantibus  
 bobus arcam deum gestantibus, eam  
 ad casum inclinatam, ne corrueret Oza  
 tetigit, qui tamen ob praesumptionem per-  
 cussus a Deo, interiit. Vide canon. 9. &  
 10. Concilii apud Meldas celebrati. ann.  
 845 Caroli Calvi 16. Ubi Episcopi Gal-  
 liarum ita esse, & allegato ipsius Oza ex-  
 emplo lamentabiliter enarrant, & pra-

dictum Carolum eo proposito admo-  
 nent. Vide & Baron. tom. 9. an 836. nu. 8.  
 col. 897 10. 11. an. 1002. nu. 6. pag. 13. & tom.  
 12. ann. 1148. num. 47. pag. 376. Et exem-  
 pla quae ibidem subjicit.

§. II.

De Privilegiis nobilium, quibus Regularis fruuntur.

SUMMARIUM.

- 1 De nobilium privilegiis diversi scripsere.
- 2 Reus est falsi, qui se nobilem dicit, si non est.
- 3 Item & qui se Religiosum.
- 4 Nobilis est magis civis quam alii.
- 5 Item & Clerici & Religiosi, qui sunt digna pars Civitatis, ibid.
- 6 Praesumitur semper pro nobilitate. Et in quibusdam casibus.
- 7 Magis creditur nobili, quam alteri. Quod 12. & 13.
- 8 Suspicio non habet locum in Religiosis. & 9.
- 10 Vincus Monachus, etiam non iuratus, est habitus.
- 12 Dubium an isto tempore ita sit.
- 14 Nobilis facilius admittitur ad purgationem Item & Religiosus. ibid.
- 15 Nobilis non subicitur penis vilium personarum. Nec tam atrocibus ibid. Nec etiam Clericus aut Regul. ibid.
- 17 Fallit in quibusdam casibus.

**N**obilium privilegia referunt Felis cap. cum adeo de reser. & cap. super eo, in testib. Corset. cap. grandi. de suppl. negl. Pralat. 6. Matth. Steph. in tract. de nobil. lib. 2. Bon. de Curt. p. 5. Tiraq. & alii. Horum autem praecipua, & quae Regularibus tribuuntur, sunt: Quod.

Primo. Nemo potest se dicere nobilem qui non sit talis, sin autem, incidit in crimine falli l. eos ff. de leg. corn. de Jul. Bart. l. fin. C. de dign. lib. 12. & Tiraq. cap. 13. de nobil. Quo ad fortiori locum habet respectu Regularium, cum nemini liceat non modo se dicere Regularem, si non sit, sed nec aliter



ius Ordinis; ab eo cuius est, (ut suo loco dicitur.

Secundò. Quòd Nobilis est magis civis quam alii, ut ex Cicet. notat Collector juris Gallici in notis ad v. nobiles. Quòd itè maximè, & per amplius competit Clericis & Regularibus, cum sint præcipua & dignior pars Civitatis, in qua reident, ut notat Ancar. cõsil. 34 & Bald. lib. 3. conf. 241. Unde sicut Nobiles non veniunt nomine populi in odiosis, & oneribus, ita neque Clerici aut Regulares, & sic de aliis.

Tertiò. Quòd semper, & in omnibus præsumitur pro nobilitate, ut notat Glof. cap. illud. d. 40. Puta primò. Quando agitur de moribus. Præsumitur enim de Nobili quòd sit virtutis studiosus. Alciat. reg. 1. p. 40. Secundò. Quòd dignior & maioris meriti. Glof. extrar. execrabilis. de præb. Tertiò. Quòd veridicus, & non velit mentiri. Bellam conf. 33. Unde & in iudicio dictum Nobilis præponderat dicto plebei.

1. in testimoniis 2. ff. de testib. Aded ut quo testis est nobilior, eò magis credatur. Veltimb. conf. 106. Matth. Steph. lib. 1. de nobil. cap. 6. & Tiraq. cap. 20. Ita quòd paucis nobilibus plus fidei adhibeatur, quàm multis plebeis. Bald. l. testium. C. de testib. & Veltimb. citat. Quin imò testis nobilis possit aduocare talis esse, ut etiam si sit solus, aduocet iudicem ad indubitam fidem, secundum Castr. l. admonendi. ff. de iureiur. et L. Lucius ff. de his qui not. inf. Alciat. reg. 1. p. 48. Et Martil. fin. ul. 112. Quæ sanè omnia locù habent in Regularibus. Unde Abb. in cap. fin. de appel. Butr. Ioan. Andr. Ancar. & Imol. eod. Menoch. de arbitram. lib. 2. cap. 152. Paris. lib. 1. conf. 31. Aufret. de res. lib. 5. & 7. Peyrin. lib. 1. de subd. rel. tit. de obel. q. 1. 2. Affirmant quòd licet cõsanguineus sit suspectus, fallit tamen in viro Religioso. Et Specul. in tit. de iud. del. §. susp. ait in tantum valere Religionem in

testimoniis, ut in Carthusiano v. g. cesset verisimiliter omnis suspicio. Et Alex. l. properandum. C. de iudic. Jason. auth. iubemus. eod. & l. admonendi ff. de iureiur. Barbat. l. sciendum. de verb. oblig. Et Imol. cap. cum. de offic. deleg. ajunt, quòd Bononia Carthusianus, Olivetanus, aut Cisterciensis v. g. habent remotam omnem suspensionem falsitatis, & mendacii in suis dictis, & testimoniis. Ad quod facit cap. in litteris. de testib. ubi testes aliàs de iure suspecti admittuntur propter vitæ & morum integritatem. Et aliquando in occurrentia casus ita fuit observatum.

Et secundum hoc de Monachorù pro- 10 bitate ac sanctimonia olim certus, Sancius 7. Rex Navarra, pro Monasterio Hirachenli, Ord. S. Bened. Et Alphonfus ejus filius, pro Monasterio S. Mariae de Siftero Ord. Cisterc. suis diplomatibus sanxerunt, unum Monachum etiam non juratum esse testem habilem in quavis causa, etiam propria, & fidem facere, sic ut ad ejus dictum debeat iudex pronuntiare, ut videre est apud Yepes in Chron. Ord. S. Bened. an. 815. & 1140. Verum his temporibus ferreis, in quibus diminuta sunt veritates à filis hominù. Ego satis dubito an locus debeat esse huic doctrina. Nam & olim credebatur assertioni unius Episcopi. Sed hodie secus est, inquit Niconit. in cap. quoniam. de probat. par. 1. nu. 223. Archid. & Bald. cap. cum speciali. de appell. Idemque à pari dico de Nobilibus & Regularibus, inter quos licet multi sint boni: non defunt etiam mali, & in excogitandis calumniis, opprimendis aliis, sagaces. Unde quidam non sine sale, in illum locum sapientis, non est malitia super malitiam mulieris, ad marginem per modum postillæ addidit, nota quod nondum erant fratres.

K Pof-

REGIA  
GLAVIA  
ET  
MMENTARIUM  
N. REGILAS  
N. GELLARLES  
N. OSTOLICE  
N. EP...  
N. ...



12. Posset fortè distingui, (a) & dici, quòd ubi agitur de solo favore, sine ullius præjudicio, admitti debet opinio Tiraquelli & aliorum, per *can. parvulos. & can. cum itaque d. 4. de consec.* Ubi verò de præjudicio alterius, Niconit. per *cap. cum à nobis. de testib. l. jurissurandi. C. eod. & l. nam in arbitris. Cod. de arbit.* In concursu autem dictorum, & testimoniorum, ego arbitror attendendum non ad qualitatem & conditionem testium, sed ad rationem & fundamenta dictorum. Quòd si utrobique sit paritas, tunc poterit esse locus præsumptioni, & secundum illam præferendum erit dictum Nobilis, vel Religiosi, & hoc fortè solum volunt Authores in superioribus relati.
14. *Quartum.* Nobilitas, privilegiū est, quòd facilius admittitur purgatio pro Nobili infamato, quàm pro plebeio. *cap. 1. de purg. can.* In quem modum etiam facilius admitti debet pro Religioso, quàm pro Laico. *arg. can. aphros. d. 98. & cap. venerabilem. de elect.*
15. *Quintum.* Quòd Nobilis non subjicitur torturæ, nec aliis pœnis infamibus, & vilium personarum, v. g. furcæ, fustigationi &c. sed mitioribus. *l. & si excepta. C. de malef. l. divites & l. divo Marco. Cod. de quest. & l. milites. ff. eod. Barth. l. 1. C. de adv. div. jud. Et alii Juristæ in l. presbyteri Cod. de Episc. & cler. Quos sequuntur Matth. Steph. in tract. de nobilit. lib. 1. cap. 6. Brun. de iud. & tort. p. 2. qu. 3. Et Marsil in*
16. *pra. s. expedita.* In quo adæquantur Clerici & Regulares Nobilibus, per *l. cit. presbyteri.* Fallit autem in iis qui se enormitatibus inquinant, & in reis exceptorum criminum. Puta Majestatis *l. minores. & l. ex libero. C. de q. Proditionis Civitatis, seu Patriæ. l. desertorem. & l. proditores. ff. de re*
- mil. Magiæ vel veneficii. l. & si excepta. C. de malef. falsi. l. si quis decurio. eod. de falsi. Privati carceris. l. 1. eod. de privat. carcer. Et hærelis. cap. ad abolendam. de heres.*

## §. III.

## De Privilegiis Militum, quibus Regulares fruuntur.

## SUMMARIUM.

- 1 De Militum privilegiis qui scripserint.
- 2 Milites nõ adstringuntur ad scrupulositates
- 3 Eorum facta sunt explicanda secundum simplicitatem.
- 4 Excusantur si delinquant contra ius posit. si contra naturale 6.
- 4 Omnia hæc locum habent in Clericis & Regularibus.
- 7 Milites sunt privilegiati circa facultatem standi & 9.
- 8 Item & Regulares & 9.
- 10 Miles oneratus debitis, non tenetur, nisi quæsum potest.
- 11 Et non sit executio super eius arma.
- 16 Neg. super libros studiosi vel advocati.
- 14 Idem dic de breviario, Libris & Supplementis Sacra Regularium & 16. sed facta profana ibid.
- 17 Diverse personæ prohibentur militare, & similiter prohibentur admitti ad Clerum vel Religionem ibid.

Privilegia militum possunt videri apud Franc. *ca. 1. de pen. in 6. Alex. l. centurio ff. de vulg. & pupil.* Et alios qui scribunt in *l. penult. ff. ex quib. caus. ma. l. miles. de re iud. & l. stipendia. C. de execut. in iud.* Sed magis ad longum Barth. *l. neque enim ff. de testa mil.* ubi ad 22. enumerat. Ex quibus hæc Regularibus conveniunt. Primum est, quòd rigor, & scrupulositas juris illos non ligat. Bald. *lib. 1. consil. 263.* Quia ut ait libro 3 consil. 356 Arma &

(a) Vide de hoc exemplum apud Cassian. coll. 18. c. 15. Et aliud Baron. 10. 9. annal. ad an. 762. n. 6. & seq.



armorum homines amant simplicitatem; secundum quam ideo ipsorum facta debent regulari, & interpretari non secundum subtilitates juris. Unde si miles aliquid fecit contra leges, vel jus positivum. Socin. reg. 17. vult excusandum esse eo modo ac rusticum, quia nimirum non tenetur scire leges, & jura. l. 1. Codic. de sur. & fact. igno. Quæ excusatio admittitur etiam in delictis, quando leges violavit putans, id sibi licuisse quod fecit, & non fuisse prohibitum secundum Alexand. lib. 3. cons. 103. Ubi ait, quod verbi gratia hoc titulo excusatur à pœna l. si quis in tantum. C. unde v. si partem suam invadit. Quæ omnia vel maximè in Regularibus locum habent, ut potè qui non modò non tenentur scire leges, sed qui insuper prohibentur illis studere. cap. non magnopere. & cap. super specula. ne cler. vel non fallit tamen ubi delinquitur contra jus naturale vel gentium quod ignorare nemini licet, ut notat Barth. l. neg. enim ff. de testa. mil. & Socin. reg. cit. 17. Et à fortiori si Clericus vel Regularis peccat contra Canones can. que ipsi. & can. nulli. d. 38. can. nulli. & can. hoc consona 25. quest. 1. can. impenali. 25. quest. 2. & Gloss. Can. Sacerdotes. 2. quest. 7.

Alterum privilegium est, quod miles potest testari, & liberè disponere de Cælestrensi peculio l. cum antiquis. C. de in off. ipsa. l. penult. eod. de mil. test. & l. 3. ff. ad s. mand. licet autem hoc privilegium non tribuatur ita clarè, & in suis terminis regularibus, aliquid tamen ad illius similitudinem & per imitationem permittitur, nempe ut Minor ingrediens Monasterium, non obstante astate possit donare, ut inter alios advertit Auctor notatum in jus Gall. v. Moines.

Tertium. Quod miles potest testari sine solemnitatibus juris, præterire libe-

ros, aut decedere partim testatus, & partim intestatus l. 1. & 2. C. de mil. test. l. fin. eod. de inoff. testa. & l. divus. ff. de mil. testa. In quem modum posse etiam testari regularem Novitium, docent Panormit. & Butr. cap. in presentia. de probat. Barth. aurb. si qua mulier. C. de Sacros. Ecc. Cæter. par. 2. var. cap. 1. Angel v. testamentum. & Sa. eod. v. de praxi tamen ego satis dubito in hac parte.

Quartum. Quod miles condemnatus 10 pro debito, eatenus tantum solvere tenetur quatenus potest. can. studeat. d. 50. cap. si propter tua de refer. in 6. l. stipendia Codic. de execut. rei indic. & l. miles. Cod. de re judic. ubi Gloss. & Doctores. Adeò ut non possit fieri executio super ejus arma, vel stipendia. l. stipendia & l. spes eorum. Cod. que res pign. In què modum nò potest fieri executio super res sacras Clericorum vel Regularium. l. si momento. eod. Imò neque super fructus beneficiorum, vel Monasteriorum ipsorum cap. fin. de vit. & bon. cler. Imol. & Panor. cap. tub. de prob. Nisi semper ipsis relinquatur tantum, quantum opus est, ne egeant, at notat Nald. v. miles. num. 6.

Multòque minùs cogi possunt bonis 13 cedere. cap. Odoaldus. de solut. Aut incarcerationi pro debitis l. si Ecclesia. & seq. C. de ep. 14 & cler. An verò possit fieri executio super illorum vestes, aut profanam suppellectilem, variæ sunt locorum consuetudines. Et putant aliqui, quod non per notata ab Aretin. cons. 45. & Tusch. v. libri. concl. 350. Ubi per proportionem ad dicta de armis militis, quod super ea non datur executio, affirmant, nec etiam dari super libros studiosi vel advocati, quia 15 sunt illorum arma, uti & aliquando ordinatum fuit in Francia, in statutis Philippi Pulchri, & Blefensibus ar. 28. Et secundum hoc pronunciatum Parisiis, ut refert



fert Papon. titul. de execut. arrest. 5. Verum ego

- Respondeo. Brevarium, libros chorales, aut etiam de Bibliotheca bene posse dici arma Religiosi, atque ideo quoad talia eodem privilegio debere frui quo miles, vel studiosus: sed hoc non potest extendi ad aliam suppellestem profanam Monasterii, sicut non extenditur ad aliam suppellestem studioli, à libris.
- 17 Quantum Privileg. est, quòd sicut servi prohibentur admitti ad militiam. l. ab omni. & l. super servis. Cod. qui mil. poss. lib. 12. Aut deniq; qui in fraudem civilium munerum veniunt. l. non tantum. eod. qui mil. poss. Sic ab ingressu Religionis arcentur eodem jure Servi, Criminosi, Conjugati. Ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, vel qui ad declinandum forum, petunt se recipi. arg. can. nullus Episcoporum. d. 44. can. 7. & seq. d. 54. & tit. de serv. non ordin. Circa quod extant speciales constitutiones Sixti V. Greg. XIV. & Clem. VIII. Quae videri possunt apud Mirand. in man. 10. 1. quest. 21. a. 2. Portel. v. novitius. Quarant. Tambur. Peyrin. Roder. & alios litterarum Apostolicarum collectores.

#### §. IV.

De Privilegiis Pauperum, quibus Regulares fruuntur.

#### SUMMARIUM.

- 1 Pauperum varia privilegia, & à variis tractata.
- 2 Pauper potest in prima instantia, citare partem ad curiam Principis. diversis Regularibus idem concessum. 3.
- 4 Pauperum cause ante alias discutiendae.
- 5 Gratis. Et gratis etiam ab advocatis defendendae. 6.
- 7 Index tenetur pauperi providere de avvocato.
- 8 Non valenti producere testes subvenire.

9 Appellanti gratis acta exhibere.

- 10 Pauper excusatur à lapsu sat alium appellantis.
- 11 Item à restitutione fructuum, & impensarum.
- 12 Regularibus hæc omnia competunt de jure, sicut de facto.
- 13 Index tenetur mittere ad pauperem pro testimonio.
- 14 Item & ad Religiosum ibidem & quare.
- 15 Pauperes tenent locum fisci. Item Religiosi ibi. Legatum factum pauperi reputatur in causam piam, & gaudet privilegio cause piae.
- 16 Item & factum Religiosis. ibid.
- 17 Privilegia cause piae, quae.

Amerat ad 30. privilegia pro pauperibus. Et qui scribunt super leges Neapolit. ad 44. Quorum nonnulla tanguntur à Gloss. in extr. Joan. 22. cum ad sacrosanctae. de sent. exc. v. paupertati. Et à Felin. in cap. si quis testium de testib. Et hæc convenire Regularibus secundum quod sunt ipsis adaptabilia, affirmat Alexand. lib. 2. cons. 104. Et Cancr. intractandus.

Primum horum est, quòd potest pauper suam partem in jus vocare, etiam in prima instantia ad curiam Principis, omissis intermediis iudiciis, ut docet Cancr. 2. p. var. cap. 2. Quoad Regulares autem: diversa super hoc facta sunt declarationes, in singulis ferè Provinciis, nam in Catalaunia v. g. permittuntur omnes Regulares hoc privilegio uti, excepto, quòd non liberantur ab expensis, ut refert Cancr. cit. In Hispania hoc item conceditur indiscriminatim omnibus Regularibus sexus faminei, virilis verò non nisi mendicantibus, ut post Covarr. & Cabedo refert Sanch. in sum. lib. 7. cap. 31. num. 26. In Gallia autem antiquo jure id fuit concessum Monasteriis, quae sunt foundationis regalis, recentiori verò, & ex gratia Ludovic. XIII. omnibus



bus Cluniacensibus, cujuscunque conditionis data est facultas evocandi omnes suas lites ad supremum, & Majus Parliamentum Parisiense. (4)

Alterum Privilegium pauperum est, quod eorum causae sunt ante alias examinanda. Gloss. can. in primis 2. qu. 1. & Felin. cap. 1. de accus. facilitas autem litigandi, & litiu multiplicitas causa est forte, ut jam pau huic privilegio deferatur: nisi remissionem pietatis, in iudicibus placeat potius inculcare.

Tertium. Quod illorum causa debent gratis expediri, adeo ut nec sportulas solvere teneantur. s. sit tibi auth. de mand. prae. Ubi Gloss. & cap. cum ab omni. de vir. & bon. Cler. & cap. cum instantia de cens. Aretin. cap. si quis testiu de testib. Paris in tr. de Syndic. Responsio Boet. decis. 804. & Gravac. in an. ad pract. vestru lib. 4. cap. 4.

Quartum. Quod advocati nihil debent ab ipsis accipere. Jas. s. tripli. inf. de actib. Bald. l. si furiosi C. de nupt. Angel. in sum. v. advocatus & Cravat. cu. loco ubi dicit, quod quoniam etiam ipse iudex tenetur providere pauperi de advocato gratuito. Imo etiam non petat. c. 1. ut lite non cont. l. providendum C. de post. l. 1. ff. eod. & l. nec quidquam

de off. procons. Addit Abb. & Butr. in cap. si quis testiu de testib. Quod non valenti providere suos testes tenetur iudex subvenire, & juvare. Addit Accurs. in l. tam de men. C. de epis. & Cler. Quod appellanti exhibenda sunt actorum exempla sine mercede. Addunt Bald. lib. 1. cons. 5 Socin. lib. 4. cons. 30. & Alex. lib. 7. cons. 37. Quod

excusatur a lapsu fatalium, appellationis. Accedunt Vestrus in pract. lib. 4. cap. 4. cum liberat a restitutione fructuum & impensarum. Hoc autem privilegium, ut & praecedens competit Regularibus, de

jure, licet aliud de facto contingat. Ad quod aliqua forent dicenda, sed quia veritas (4) Concil. 4. Erense cau. 23.


tas odium parit, etiam a bonis filere eligo.

Quintum. Quod quando pauper habet deponere de aliqua re, & dicere testimonium, debet iudex ad illum mittere cap. si quis testiu de testib. Quod licet Gloss. explicet intelligendū de paupere, qui ob verecundiam paupertatis non audet comparere in iudicio eo quod non potest honeste; aliud tamen motivum fuisse Authori canonis, (quod militat etiam in Regularibus) arbitror, nempe mittendum esse ad pauperem, non praecise quia verecundatur de sua paupertate, pauci enim sunt sic verecundi, sed quia cum non sit solitus interesse forensibus, & in talibus temporibus (sibi aliis negotiis implendis necessariis) terere; facilius posset in sua mente confundi, loquendo in publico, & minus certum testimonium dicere, videturque pietas & prudentia iudicis exigere, ut ad illum mittatur, sicque statim expediatur.

Sextum. Quod pauperes tenent locum fiscali, quibus ideo ex interpretatione debetur restitutio incertorum male ablatorum, secundum Feder. de Sen. consil. 33. Quod & Regularibus aequo jure convenit. Unde idem Federic. consil. 282. Alex. lib. 4. consil. 104. Et communiter omnes docent, quod distribuenda pauperibus, possunt applicari Regularibus, seu illorum Monasteriis reparandis, vel etiam augendis.

Septimum. Quod legatum factum pauperibus, & qua vis alia ipsis donata censentur facta in piam causam, atque ideo privilegii causae pie fruuntur, secundum Alexand. lib. 7. consil. 158. In quem modum etiam legatum, institutio, vel substitutio facta Regularibus reputatur causa pia, & ejus privilegii gaudet, ut asserit in specie de Franciscanis, & Dominicanis Federic. Sen. cons. 17. Et in communi de omnibus Regularibus Socin. Junior. lib. 1. cons. 72. Decius cons. 727. Et Bald. in auth. si cum restator.

REGIA  
CONVARIUM  
ET  
MONASTARIA  
IN REGILAS  
CELLARUM  
POS TOUOR





*Stat. or. C. ad l. Falcid.* Ubi notabiliter dicit quod legatum factum filio, non quia filius, sed quia Monachus, dicitur ad causam piam.

- 17 Quæ verò sint privilegia causæ piæ, hæc videri possunt apud Tiraq. in tract. proprio quem de illis edidit, & Socin. in tract. fallent. reg. 310 ubi enumerat ad 61. Præcipua autem, & magis notabilia sunt quod primò dispositio generalis nunquam comprehendit causam piam. *Gravet. conf. 3. & Calcant. conf. 13. secundò.* Quod potest quisque agere pro causa pia etiam sine mandato Felin. *cap. fin. de accus. & Roman. auth. similiter C. ad l. Falcid. tertio.* Quod femina fidejubens non juvatur velleiano. *Socin. jun. supra citat. quarto.* Quod legatum ad piam causam, non patitur detractionem Falcidiæ vel Trebell. *Oldrad. conf. 111. Barth. lib. 1. conf. 6. Et Abbas lib. 2. conf. 5. quinto.* Quod licet legatum non cõtingat ad intentionem testatoris, nunquam tamen sit caducum, sed debet converti in aliam causam similiter piam. *Lapus alleg. 88. Et Sebast. Medic. in opus. de caus. pia. sexto.* Quod debentur legata pia etiam si non sit adita hæreditas. *Abb. lib. 2. conf. 32. septimò.* Etiam non lecta nec publicata *Joan. de Anan. conf. 57. octavo.* Quod inter diversas opiniones illa tanquam prævalens est amplectenda quæ invenitur magis favere causæ piæ. *Alinius l. sunt personæ ff. de rel. & sumpt. fin. Roman. auth. similiter C. ad l. Falcid. Alexand. & alii. Nonò.* Quod in his quæ spectant ad causam piam nulla solemnitas juris positivi attenditur, sed tantum servantur illa, quæ sunt juris naturæ, in quacunque materia. *Bald. conf. 118. Et sic v. g. si agitur de receptione testium, sufficit qualiscunque. Idem ibid. Si de illorum qualitate, sufficiunt mulieres. Lud. Molin. tomo 1. de just. tract. 2. d. 134.* Si de numero, sufficiunt duo *cap. relatum de*

*testa. & l. si Pater ff. de fidei com. lib.* Si agitur de testamento, vel aliqua simili dispositione, sustinetur, etiam si testator decesset partim testatus, & partim intestatus. *Abb. lib. 2. conf. 32.* Et quando verisimiliter creditur quod disposuisset, censetur disposuisse per *l. iunus ff. de lib. & posth. ubi Barth.* Et sic de cæteris de quibus Socin. citatus, & quæ Regularibus servire possunt in occasione.

## CAPUT II.

## De Privilegiis status Religiosi.

## SUMMARIUM.

- 1 In ingressu Religionis ( hoc est professione ) lenentur omnia peccata.
- 2 Recuperatur innocentia baptismalis.
- 3 Professio Religiosa, novus baptismus, & 7.
- 5 Exhibet plenam satisfactionem peccatorum per eam remittuntur peccata non petuntur indulgentiæ, sed vera satisfactio, 5.
- 6 Hæc remissio certior indulgentiis.
- 7 Probabile, non redditurum rationem Religiosum de peccatis commissis ante professionem, & quod irret ad celum sine purgatorio, si ea facta statim moreretur, 8.
- 9 Probabile, maiorem gratiam dari in professione Religiosa, quam in baptismo, simul in spiritum Ordinis, & dona supernaturalia.
- 11 Quando renovatur professio, an eadem gratia conferatur, sicut cum primò fuit facta.
- 12 Omnia vota præcedentia absorbentur in professione, & quo sensu ibid. Sententia S. Congreg. super hoc.
- 14 Professio abstergit omnem maculam etiam gratitudinis, & quo sensu 15.
- 16 Professio non tollit ullam irregularitatem, nisi emanet ex defectu natalium, & per ordinem solùm ad simplicia officia 17.
- 18 Professio solvit à patria potestate.







Pontificias indulgentias consequimur, quia ad illas oportet concurrere diversas circumstantias, de quibus raro certi sumus, an adsint omnes, in professione vero solus consensus voluntatis sufficit. Licet Summi Pontifices de thesauro Ecclesie omnibus profitentibus, imò & ad Novitiatum intrantibus, indulgentiam plenariam in augmentum, & ad consolationem uberiolem concesserint.

7 *Infero tertio*, valde probabiliter docere Afor. lo. o supra cit. quod de peccatis commissis ante professionem, non erit Religiosus rationem redditurus, nam ibi refert ex vita sancti Antonii, Angelos ita revelasse quibusdam Monachis, & ita inferendum videtur ex eo quod Professio comparatur baptismum, quod satis clare insinuat Bernard. in cap. 40. cit. de præcep. & disput. dum ait, quod Religio divinam reformatur in homine imaginem, configurans nos Christo ad instar baptismi. Et S. Antonin. in hist. p. 3. tit. 23. cap. 6. ubi dicit, quod tanquam per baptismum, habetur in ea remissio peccatorum. Atqui nemo redditurus est rationem de peccatis admissis ante baptismum. Ergo neque de admissis ante professionem. Et facit ratio, si non omnino eadem, at certe suo modo similis, nam ratio quare non sit petenda ratio in die iudicii de peccatis admissis ante baptismum, est quia in baptismo conspelimur Christo in mortem, ita quod merito mortis Christi, quod nobis applicatur in baptismum, extinguitur omne debitum cujuscunque peccati, atqui per Professionem extinguitur similiter omne debitum peccatorum, ergo & similiter de his non erit exigenda ratio.

8 *Infero quarto*. Quod si facta professione aliquis statim moreretur, recta via iret ad cælum sine purgatorio, quantiscunque peccatis foret antea inquinatus, ita Afor. & DD. citati, & pater ex dictis,

nam purgatorium non est destinatum, nisi pro his, qui non plenè satisfecerunt pro suis peccatis, Professio autem continet plenam satisfactionem. Deinde ita contingit in baptismum, & Martyrio, utriusque autem æquiparatur professio.

*Infero quinto*, quod licet gratia, que confertur puero in baptismum, sit certior, quia ex opere operato, ea tamen quæ in professione accipitur, satis probabiliter est major, fortè enim in baptismum pueri non datur gratia nisi in primo gradu, quantum sufficit ad tollendum peccatum originale, in Professione autem ob favorem, amorem, abnegationem sui, & alias circumstantias intervenientes, valde probabile est plus gratiæ promereri, quam unius gradus, ex opere operantis.

*Infero demum sexto*, quod sicut in baptismum simul cum gratia sanctificante infunduntur habitus virtutum supernaturalium, & dona Spiritus sancti, ita admodum probabile, & pium creditum videtur, infundi in Professione unicuique gratia, & bonis supernaturalibus eam concomitantibus, habitus earum virtutum, quæ faciunt ad Spiritum Ordinis, quod Rodriq. 3. par. exercit. perfect. cap. 7. & Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tit. 1. cap. 3. vocat gratiam Religionis. Ita quod sicut videmus nonnullos sollicitè conservare gratiam, & innocentiam acceptam in baptismum, ac in illo crescere per bona opera, alios verò suis peccatis illam extinguere. Ita inter Religiosos acceptum Spiritum in Professione aliqui conservant, & in illo crescunt, sanctique illustres fiunt, alii suâ negligentia perdunt, & nebulones evadunt quod facile potest notari ex studiis singulorum, etiam intra idem Monasterium, & hæc est defectio, quam notat S. Benedict. in sua Reg. cap. 1. de gener. mon. in sarabaitis dum



domat, eos non sicut aurum fornacis esse probatos, sed in plumbi naturam remollitos, adhuc operibus servare fidem seculo.

An verò ea gratia, indulgentia, & peccatorum remissio, quæ in Professione obtineatur etiam quoties Professio renovatur? Affirmat S. Bernard. Senen. in Quadrag. 10. 2. ser. 24. a. 1. his aureis verbis, & consolatione plenis: *Hæc liberras* (inquit) *nō solum datur in illa hora, quā ipsum votum emittitur, sed etiam in omni tempore, quo sibi voluisse placet, & in quo cum hac complacentia voluisse placet, & in quo cum hac complacentia votum implet.* Ita etiam tenet Carthuf. in opusc. de profess. mon. Hyacin. Casal. in cens. Christ. in monit. ad relig. nu. 4. & Fum. in armill. v. nov. tuis in fine.

A quibus non dissentit Eman. Sà v. Religio. num. 17. Nec improbabile putat Laym. loco supra citato. Ex quibus intelligere licet, quam sit utilis frequens Professionis renovatio, & præcipuè in articulo mortis.

Alterum privilegium Status religiosi est, quod omnia alia vota, quæ præcesserunt Professionem, absorbentur in illa, adeo ut cessent deinceps obligare, quin potius reputentur per emissionem Professionis impleta, ita Sylvest. v. votum. 4. n. 7. & quos ibi citat S. Antonin. & Petr. de Palud. Quod communiter adstruitur a Doctoribus, per cap. scriptura de vot. & cap. qui post votum de regul. in 6. Et Ratio est, quia cum Religiosus se totum, omniāq; sua Deo donet in Professione censetur per tam absolutum munus, simul & semel dedisse, & fecisse omnia, quæ successerunt daturus, aut facturus, pro votorum suorum adimpletione.

Quod si dicas, non liberari, qui solvit rem etiam meliorem, nisi solvat hoc quod debet, l. 2. ff. si cert. pet. & s. i. inst. quib. mod. solv. oblig. Respond. Angel. v. vo-

rum. 4. num. 4. hac instantia motum, dixisse esse necessarium, ut qui profiteretur, intendat vota sua in Professionem commutare, ad hoc ut in illa censeantur absorpta, verum ego arbitror, nihil opus esse tali intentione, quia Professio non extinguit vota præcedentia per modum commutationis, sed exhibitionis, & satisfactionis, cum enim se totum Deo donet homo, per illam ideo censetur (ut jam dixi) simul & semel fecisse, quidquid successivè fuisset facturus, pro votorum suorum impletione, quia nihil habet amplius, quod possit Deo offerre in hunc finem; propter quod etiam non dicitur commutasse vota præcedentia, sed implevisse, & satisfecisse omni eorum obligationi. Et pro uberiori elucidatione hujus puncti placet hic subtexere fragmenta duarum epistolarum S. Anselmi de hac materia, ex quibus intelligemus, non solum illius, sed etiam antiquorum Patrum, & præcipuè nostri Ordinis S. Benedicti opinionem.

Prima habetur lib. 3. epist. 33. ad Ricard. 13 mon. in qua sic loquitur: *Aud vi, frater mi, quod antequam sereres monachus, in ægritudine vocasti te utrum ad S. Egidium de qua re non debes tantum credere tibi, quantum Abbat tuo, cuius consilio, & ordinationi animam tuam commisisti, & aliis qui melius te sciunt, quid magis placeat Deo, vel prosit anime tue. Quapropter consulo tibi, & precipio, ut omnino dimittens intentionem præfati itineris, & sollicitudinem illius voti, in propositio, quod assumpsisti, quietus, & immobilis permanens, & quiete, ad hoc quod proposuisti, id est, ad obedientiam, & penitentiam, pro peccatis tuis, & ad alios bonos mores proficere studeas, certus enim esse debes, quia cum te totum Deo devovisti, & reddidisti per Professionem monachicam, solvisti omnia vota minoræ, quarumlibet actio-*

L gatio-



gatione promissisti. Esto ergo quietus & securus. Et ego ea auctoritate, quam per gratiam Dei habeo supra te, ab illo voto te absolvo. Vale.

Altera verò habetur in eod. lib. epist. 154. ad Vilelm. Abb. Becens. in qua sic idem Sanctus loquitur: De voto Monachi, de quo nostrum vultis audire consilium, qui antequam ad nostrum Ordinem veniret, vovit se nunquam amplius vinum bibiturum, hoc videtur mihi faciendum, quod sit à maioribus nostri Ordinis, & precipue apud Cluniacum. Ut videlicet eiusmodi vota, que sunt sine promissione fidei & Sacramento, in voto Monachici Ordinis, in quo homo, quidquid ad se perinet, & se totum Deo offert, iudicentur esse completa. Et sit in dispositione Prælati, vel ea servare rationabiliter, vel mutare. Vos autem huic Monacho, de quo loquimur, potestis si placet, ad tempus concedere ut quod incepit faciat, quòd si aliquando intellexeritis, non expedire, præcipite illi ut faciat fidenter, quod faciunt fratres communiter. Hactenus Anselmus.

14. Tertium Privilegium Status religiosi est, quòd Professio purgat omnem humanam maculam. *auth. de mon. coll. 1. & Gloss. ca. 2. de Apostat.* Disputant tamen Doctores, an hoc sit intelligendum de quacunque macula, & per ordinem ad quoscunque actus, seu temporales, seu spirituales. Et quidem de maculis legalibus, & actibus civilibus, mihi videtur indubitatum, quia cum illa authentica loquatur generaliter, etiam generaliter venit intelligenda, & omnibus ad quæ se extendit potestas Imperatoris, qui est illius Auctor, nec apparet, cur ad aliquam speciem maculæ legalis, illius dispositionem coarctemus. Et sic v. g. damnatus crimine furti, perjurii, aut alio simili, potest, si Monasterium ingressus fuerit, recipi in testem & ad alios actus legales similes, non obstante, quòd aliàs non posset, si non esset ingressus Monasterium.

De macula tamen ingratitude & exheredatione, occasione ipsius, magis controversatur inter DD. an per Professionem extinguatur, negant enim Gloss. in *auth. cit.* Aretin. *cap. in presentia de probat. & Corset. cap. cum tu de usur.* Quia ex quo filius deliquit, jus fuit acquisitum patri ad illum exheredandum, quod non tollitur per poenitentiam subsequendam. Affirmat tamen alia Gloss. 1. *fin. C. de q. & cler.* Hipolit. in *rubr. ff. de fide iuss.* Felin. *cap. Rodolphus de refer.* Niger. *extra. vag. unic. de vita & honest. clericor.* Roman. *singul. 37.* Angel. *v. relig. osu. num. 6.* Et communiter alii Canonistæ in *c. quantilibet d. 46. cap. non liceat 19. quest. ult. cap. 2. de apostat. & cap. fin. de eo qui iur. ord. iuss.* Et hæc opinio mihi tenenda videtur propter rationem, in initio allatam, nempe quia authentica loquitur generaliter. Et maxime si exhereditatio non est adhuc facta, secus si est.

At verò quoad maculas & actus spirituales, seu irregularitates. Gloss. in *cap. cum deputari. de iudic.* putat similiter eas omnes tolli per Professionem. Itaque etiam tenet Sot. in *4. d. 25. quest. 1. art. 3.* exceptâ illâ, quæ provenit ex bigamia, vel homicidio. Verùm, quia authentica supra memorata nusquam invenitur canonizata. Et aliàs non potest de se extendi ad res Ecclesiasticas, vel actus spirituales, cum sit emanata à potestate laica: ideo nulla illius ratio habenda est, quando de talibus tractatur, sed tantum Juris Canonici. Unde sicut non inducuntur irregularitates, nisi quatenus invenitur in Jure Canonico expressum, sic neque eas tollere debemus, nisi similiter quatenus invenitur in illo expressum. In Sacris autem Canonibus non legimus aliam irregularitatem tolli per Professionem, nisi eam quæ oritur ex defectu natalium.



milium, & per respectum ad solos Ordines recipiendos. *cap. 1. d. 56. & cap. 1. de presb.* Ergo hæc solum tollitur, & per hæc solum respectum. ita Gloss. Host. & Abb. in *cap. ex litterarum. de apost.* Ex quo bene inferit Asor. *1. p. inst. lib. 12. cap. 1. quest. 12. Graph. lib. 3. decis. cap. 5. num. 23. Layman. & alii.* Quod quoad beneficia curata, administrationes & dignitates, etiam in proprio Ordine, non deletur irregularitas per Professionem, quod probatur ex privilegiis ad hoc concessis variis Ordinibus, de quibus suo loco.

**Quartum** Privilegium Status religiosi est, quod absolvit à patria potestate. *auth. ingressi. & auth. si qua mulier. C. de Sacros. Eccl. Gloss. & Barth. l. si ex causa ff. de minor.* Quæ sint autem jura patriæ potestatis, à quibus Religio liberat. Hæc notantur à Gloss. & DD. in *§. ius autem. inst. de patr. pot.*

**Quintum** Quod dissolvit matrimoniū ratum, modo non sit consummatum. *cap. 1. de convers. coniug. & seq. ibi.* Et Trident. *sess. 24. can. 6.* Quod quidem fit non ex natura Professionis, seu jure naturali, ut putarunt Covarr. *2. p. decret. c. 7. §. 4. Durand. in 4. d. 27. quest. 2. & Palud. eod. qu. 3. art. 4.* Neque jure Divino, ut volunt Sot. *eod. d. 27. qu. 1. art. 4. Basil. lib. 9. de matr. cap. 5. Sanch. lib. 7. d. 26. nu. 4.* Sed solo Ecclesiastico, ut docent Lessius *lib. 2. de inst. cap. 4. 1. dub. 8.* Coninch. *de matr. d. 26. dub. 3.* Casp. Hurt. *d. 8. dis. 4. & Mich. de Medin. lib. 5. de sacr. hom. cont. 21. cap. 16.* Et hoc solo favore Religionis.

Unde si conjugatus ante consummationem vellet sacros Ordines suscipere, vel vovere castitatem servandam in sæculo renitente conjuge, non permitteretur, quia Sacri Canones de sola Religione mentionem faciunt, quando id licitum dicunt.

**Sextum** Quod nulli non Religioso licet assumere, seu uti habitu alicujus Religionis. Imò nec uni Religioso, portare habitum alterius Ordinis à suo: vel ipsi ita consimilem, ut possit putari esse illius. Quod favore Celestorum, sancivit eorum fundator Celestin. V. Pro Minoribus Innocentius & Sixt. IV. Pro Dominicanis idem Sixt. & pro singulis aliis Ordinibus, diversi alii Pontifices, quorum constitutiones, & decreta videri possunt apud Roder. *to. 2. qq. reg. 77. art. 4. Portel. v. habitus. & Casar. eod. v.* Quod si aliquis laicus convincatur, usus fuisse habitu alicujus Religionis, in scenis, ludis, lasciviis, seu ludicris actionibus, judicandus est peccasse mortaliter, secundum Gloss. *cap. cum decoranda. de vit. & hon. cler. Roder. quest. 77. cit. art. 7. Sylv. v. habitus & Nald. eod. v.* Et secundum leges debet exilio mulctari, & aliis poenis, de quibus in *auth. de sanctis. ep. coll. 9. cap. fin.* Cum è contra venerantibus Regularium habitum, & illum osculantibus, vel cum illo sepeliri eligentibus, plures sint gratiæ & indulgentiæ concessæ, de quibus suo loco in sequentibus.

